

**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins  
Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 61 (1906)

  

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1

**Autor:** Liebenau, Theodor von

**Kapitel:** Urkunde Nr. 60 bis 69

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

### **Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### **Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### **Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 20.04.2026

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

In nomine domini amen. Iudices Ecclesie Constantiensis. Omnibus presentium inspectoribus. Salutem in domino. | Nouerint vniuersi, quod cum Arnoldus aduocatus de Rihense dilectos in Christo — — prepositum et capitulum | ecclesie Beronenfis super media hūba fita in Eſcha, et huba fita in Mailterſwanch et vna ſchopūzze in | Shongov et dimidia hūba in villa Beronenſi traxiffet in cauſam coram nobis, partibus in noſtra preſentia | comparentibus, porrecto libello prepoſito et capitulo antedictis ex parte dicti aduocati lite ſuper eodem legitime | conteſtata et datis induitiis dicto aduocato primo, ſecundo et tertio ad producendum teſtes ſuper contentis | in libello, ullos produxit, nec citatus ad dictas dilationes venire curauit; tandem ſibi pro fixa | die, ſcilicet feria quinta proxima ante Jacobi, continuata in craftinum ad audiendam ſententiam diffinitivam | nec venit, nec pro ſe mittere curauit. Nos ipſius abſentiam diuina replentes preſentia habito | conſilio peritorum ipſoſ prepoſitum et capitulum ab impetitione ſepedicti aduocati ſuper dictis poſſeſſionibus | ſententialiter abſoluimus per preſentes, eidem aduocato ſuper eiſdem ſilentium perpetuum imponendo. | Reſeruata nichilominus preſatiffi prepoſito et capitulo petitione expenſarum ſi de ipſiffi voluerint | experiri. Datum Conſtantie, VIII<sup>o</sup>. Idus Auguſti, Indictione III<sup>a</sup>.

Das Siegel hängt zerbrochen.

Copie im Liber crinitus fol. 11a und b.

Geschichtsfreund XXVIII, 320 mit irriger Jahrzahl 1255, zu der die Indiction nicht paßt. Doch vermutet schon Kopp II, 1, 502 das Jahr 1255. Allein 1255 lagen ganz andere Klagen gegen Vogt Arnold von Richensee vor; damals war er Beklagter, hier Kläger.

### Nr. 60.

1247, 13. April, Lyon.

Papst Innozenz IV. ernennt Untersuchungsrichter im Streit zwischen dem Stift Münster und dem Bischof von Konstanz wegen Zehnten u. a.

Innocentius servus servorum dei . . . . Episcopo Basi-  
liensi et A[rnoldo] preposito Argentinensi, capellano nostro.

Dilecti filii — — prepositus et capitulum ecclesie Beronensis sua nobis petitione monstrarunt, quod, cum ipsi venerabilem fratrem nostrum — — Constantiensem episcopum diocesanum suum super quibusdam decimis et rebus aliis coram officialibus venerabilis fratris nostri — — archiepiscopi Maguntini non ex delegatione apostolica convenissent, iudices ipsi in prefatum episcopum ob ipsius contumaciam manifestam ex communicationis sententiam exigente iustitia promulgarunt; a quibus idem episcopus ad apostolicam sedem ex sufficienti gravamine se afferens appellasse, appellationis sue causam — — abbati sancti Vdalrici Augustensis ab eadem sede obtinuit delegari, a quo ipsi est eo sentientes indebite se gravari, quod ipsis irrequisitis, de appellatione non cognito nullaque cautione prestita de predictis, sententiam ipsam contra iustitiam relaxavit, nostram audientiam appellarunt. Verum cum dicti prepositus et capitulum propter eiusdem episcopi potentiam consequi ius suum, sicut afferunt, in partibus illis non possint et in causa predicta, eius cognitione abbate supersedente prefato, nullus habitus sit processus, nos nolentes sicut etiam non possumus nec debemus eis in causa deesse iustitias in qua sumus omnibus debitores, mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et ipsam, si de partium voluntate processerit, iudicio vel concordia terminetis. Alioquin eam sufficienter instructam ad sedem apostolicam remittatis, prefigentes partibus terminum peremptorium competentem, quo per procuratores idoneos cum actis et munimentis omnibus compareant coram nobis iustam dente domino sententiam recepture. Datum Lugduni, Idus Aprilis, anno quarto.

Reg. Vatican. T. XXI, fol. 383b, ep. 622.

Joh. Bernoulli, Acta Pontificum Helvetica, I, pag. 200.

## Nr. 61.

1247, 12. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. bestätigt die Ernennung Rudolfs, Notars des Grafen Hartmann von Kyburg, zum Chorherrn von Münster.

Innocentius servus servorum dei. — — Preposito et capitulo ecclesie Beronensis Constantiensis diocesis.

Ea, que honestati noscuntur consona et consentanea penitus rationi, sedes apostolica vallare faciliter suo remedio consuevit. Cum igitur, sicut nobis exponere curavistis, vos dilectum filium Radulfum notarium nobilis viri Har(t)manni comitis de Kibure litterarum scientia et bonis moribus informatum, quem ecclesie vestre speratis existere fructuosum, auctoritate propria receperitis in canonicum et in fratrem, pro cuius receptione confirmanda nobis humiliter supplicastis, nos vestris precibus inclinati receptionem ipsius gratam et ratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo [liceat hanc] nostre confirmationis [paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum]. Datum Lugduni III. Idus Julii (Pontificatus nostri) anno V<sup>o</sup>.

Regesta Vatic. T. XXI, fol. 449, epist. 74. J. Bernoulli, Acta Pont. Helvet. I, 230.

Die eingeklammerten Stellen sind nach den bekannten Formelbüchern ergänzt.

### Nr. 62.

1247, 13. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. beauftragt den Bischof von Straßburg, dem Chorherrn Rudolf von Beromünster, Notar des Grafen Hartmann (von Kyburg), zur Übernahme weiterer Pfründen Dispens zu erteilen.

Vatikan. Archiv. Reg. Vatic. XXI, Tom., fol. 449, ep. 82. Berger: Reg. d' Innocent IV. Tom. I, Nr. 3131. Bernoulli: Acta Pontif. Helvetica I, Nr. 376, pag. 230.

### Nr. 63.

1247, 13. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. beauftragt den Bischof von Straß-

burg, dem Friedrich, Chorherrn von Beromünster, Notar des Grafen Hartmann von Kyburg, zu bewilligen, außer den bereits erlangten noch weitere Pfründen bis auf eine vom Bischof zu bestimmende Summe zu übernehmen.

Vatikan. Archiv. Regesta Vatic. Tom. XXI, fol. 449, ep. 81. Berger; Reg. d' Innocens IV, T. I, 3130. Bernoulli: Acta Pontif. Helvet. I, Nr. 375, pag. 231.

### Nr. 64.

1247, 16. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. beauftragt den Bischof von Konstanz, dem Chorherrn F(riedrich) von Beromünster, Notar Graf Hartmanns von Kyburg, eine Pfründe in Stadt oder Bistum Konstanz zu verschaffen.

Regesta Vatic. T. XXI, fol. 477, ep. 341. Berger: Reg. d' Innocent IV. T. I, Nr. 3394. Bernoulli: Acta Pontif. Helvet. I, Nr. 381, pag. 234.

### Nr. 65.

1247, 16. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. ersucht das Stift Münster, dem Chorherrn Rudolf, Notar des Grafen von Kyburg, eine Pfarrpfründe zu verleihen.

Innocentius servus servorum dei . . . Preposito et capitulo ecclesie Beronensis, Constantiensis diocesis.

Amplectenda est liberalitas, que sic officium suum officiose dispensat, quod reficiens donatariam proficit donatori, et specialiter ecclesiastica beneficia ita distribuit, ut personis in ecclesiis et ecclesiis provideat in personis. Volentes igitur dilecto filio Rad(ulfo) concanonico vestro, de cuius litterarum scientia, vite honestate ac bonis moribus laudabile testimonium perhibetur, dilecti filii nobilis viri Hartmanni iunioris comitis de Kibure ecclesie Romani devoti obtentu cuius idem canonicus notarius existit, facere gratiam specialem, uniuersitatem vestram

rogandam duximus attentius et monendam mandantes, quatinus eidem pro apostolice sedis et nostra reverentia aliquam ecclesiarum vestrarum, etiam si curam habeat animarum, ad collationem vestram spectantem, quam ipse duxerit acceptandam, quamcito ad id se facultas obtulerit, liberaliter conferatis. Non obstantibus, si pro aliis vobis direximus scripta nostra, quibus nolumus auctoritate presentium preiudicium generari, sive quod idem alias beneficiatus existit. Alioquin dilectis filiis — — abbati et — — priori de Wettingen Constantiensis dioecesis damus nostris litteris in mandatis, ut ipsi super hoc mandatum apostolicum exequantur, contradictores [si qui fuerint vel rebelles ecclesiastica sublato appellationis obstaculo compescentes]. Datum. Lugduni, XVII. Kalendas Augusti [Pontificatus nostri] anno quinto.

Reg. Vat. Tom. XXI, fol. 448 b, Nr. 73. Bernoulli, Acta Helv. I, 233.

### Nr. 66.

1247, 17. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. befiehlt dem Propst und Kapitel von Münster in Granfelden, den H. von Rinach, Clericus des Grafen von Neuenburg, zum Chorherrn anzunehmen; für den Fall der Nichterfüllung beauftragt er den Abt von Kappel, diesen apostolischen Auftrag auszuführen.

Reg. Vatic. T. XXI, fol. 444, ep. 42. Berger: Reg. d' Innocens IV, T. I, Nr. 3091. Monum. Germ. Epist. Pontif. II, p. 300. Argovia XXI, 109. W. Merz, Die Ritter von Rinach, Aarau 1891, pag. 146. Bernoulli: Acta Pontif. Helvetica I, Nr. 382, pag. 235.

### Nr. 67.

1247, 30. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. fordert den Abt von Engelberg (?Montis Avgie) auf, dem Chorherrn Rudolf von Beromünster, Notar des Grafen Hartmann von Kyburg, eine Pfründe zu leihen.

Berger: Reg. I, Nr. 3132. Bernoulli: Acta Pontif. Helvet. I, 238.

## Nr. 68.

1247, 31. Juli, Lyon.

Papst Innozenz IV. zeigt dem Stift Münster an, daß er die Aufnahme des Klerikers Meister Werner ins Chorherrnstift Münster wünsche.

Innocentius servus servorum dei — — Preposito et capitulo ecclesie Beronensis Constantiensis diocesis.

Ad paterne spectat benignitatis officium, ut pie annuat iustis desiderii filiorum, illo tamen studio dispensationis assumpto, ut quem prospexerit potiore meritis prosequatur dono gratie specialis. Cum itaque dilecto filio magistro Wenero, clerico dilecti filii — — prepositi Zouingensis), nobis et ecclesie Romane devoti dicantur suffragari merita, quod apud nos foveri gaudeat benevolentia gratiosa, universitatem vestram rogamus et hortamur attente mandantes, quatinus eundem magistrum, cuius consanguinei dicuntur promoveri viriliter apostolice sedis honorem, pro apostolice sedis et nostra reuerentia in fratrem et canonicum admittatis, et de prebenda, quamcito se facultas obtulerit, liberaliter provideatis eidem. Non obstante certo canonicorum numero iuramento seu quacunque firmitate vallato, vel si vobis pro aliis direximus scripta nostra, quibus nolumus [auctoritate presentium preiudicium] generari sive aliqua indulgentia de qua specialem in litteris nostris oporteat fieri mentionem; preces nostras et mandatum taliter impleturi, ut augmentum favoris et gratie vobis apud nos possit, exinde provenire. Alioquin dilecto filio — — preposito Imbriacensis ecclesie Constantiensis diocesis litteris nostris iniungimus, ut super hoc mandatum apostolicum exequatur. Datum [Lugduni] II. Kalendas Augusti [Pontificatus nostri] anno V<sup>o</sup>.

Reg. Vatican. T. XXI, fol. 449, ep. 76. Bernoulli, Acta Pontif. Helvet. I, 239.

1) Im Original steht irrig Rouingensis; es handelt sich um Graf Rudolf von Froburg, den spätern Propst von Münster.

## Nr. 69.

1247, 6. August, Lyon.

Papst Innozenz IV, fordert Abt und Konvent von Pfävers auf, dem Kaplan Hartholo (Berchtoldo?) im Dienste Graf Hartmann des jüngern von Kyburg, eine Pfründe zu leihen, unter Androhung der Execution von Seite des Propstes von Münster.

Vatikan. Archiv. Berger, Regest. I, Nr. 3124. Bernoulli, Acta Pontif. Helvet. I, 240—241.

## Nr. 70.

1247, 13. August, Lyon.

Papst Innozenz IV. beauftragt den Abt von St. Urban, dem kyburgischen Kleriker Heinrich eine Chorherrpfrund in Münster zu verschaffen.

Innocentius fervus fervorum dei. Abbati sancti Urbani Constantiensis diocesis.

Dignum est, ut in fortem domini evocatis provisionis ecclesiastice gratia impendatur, per quam ipsi clericatus officium avidius amplectentes libentiusque deo placeant exequantur. Hinc est, quod pro dilecto filio Henr(ico) dilecti filii nobilis viri — — comitis de Kibure nullum, ut afferit, beneficium ecclesiasticum affecto, mandamus, quatinus ipsum in ecclesia Beronensi Constantiensis diocesis, non obstante certo canonicorum numero iuramento seu quacunque alia firmitate vallato, vel si pro aliis in eadem ecclesia direximus scripta nostra, quibus nolumus [auctoritate presentium preiudicium] generari, aut aliqua sedis apostolice indulgentia per quam ipsius provisio impediri valeat vel differri, auctoritate nostra recipi facias in canonicum et in fratrem et de prebenda sibi, quamcito se facultas obtulerit, provideri. Contradictores [si qui fuerint vel rebelles censura ecclesiastica sublato appellationis obstaculo compescentes]. Datum Lugduni, Idus Augusti [Pontificatus nostri] anno V<sup>o</sup>.

Regest. Vatic. Tom. XXI, fol. 454 b, ep. 143. Bernoulli, Acta Pontif. Helvetica I, 242.